

Judices creant ut si certam quantitatem ex processu deduxerint, exprimant in sententia ne liquidationem committant executoribus, quod contabitur magnam dispendium partibus, n. 135.

Condemnatus ad tot modios tritici, an & quando in ipsa specie, vel ejus valore executor exequi possit, n. 136.

Estimatio rei & fructuum in re iudicata quando crescat, n. 127.

Fructus in specie ad quos quis est condemnatus, quando praestandi sint, & quando in ejus valore sit facienda executio, & quando eorum estimatio quanti plurimi crescat in executione sententia, a quo tempore, & a quo decrescat & de pluribus aliis, n. 138, 139, & 140.

Estimatio non crescit post fructuum consumptionem, quia tunc debitor non est fructuum, sed estimationi, n. 141.

Causa justa excusat a mora, & ideo etiam a solutione valoris & estimationis quanti plurimi in executione sententia, n. 142.

Condemnatus ad restituendum certos modios tritici non expressa ejus bonitate, eam victor probare tenetur, alias sententia debitor satisfaci etiam vilissimum praestando, n. 143.

Estimatio rei si sit facienda per peritos, executor illos quarat, & quae praeculis habere debent, n. 144.

Estimatores nominati semel suscepto negotio compelluntur per executores si recusent taxare, n. 145.

Estimatoribus discordantibus in estimatione, executor compellit partes ad tertium nominandum, vel in defectum ipse executor nominet, n. 146.

Estimatores ob imperitiam, inimicitiam, aliamve justam causam possunt recusari, n. 147.

Estimatoribus recusatis partes compellit executor de idoneis conveniendis, alias ipse executor potest eligere, num. 148.

Estimatorum peritorum declaratione, auctore iudice confirmante, non admittitur appellatio suspensiva velut ab ipsa executione, n. 149.

Estimatorum de materia (qui Alatites dicuntur) a civitate electorum, & an recusari possint, & ab eorum taxatione & iudicio appellatur, n. 150. remissive.

Sententia quares vincenti adjudicatur, semper intelligitur cum fructibus pendentes, quamvis nulla eorum fiat mentio in sententia, n. 151.

Dominium rei ubi in alium transfertur, ipso jure intelligitur cum fructibus pendentes, n. 152.

Executio sententiae faciendae in re debet fieri etiam in fructibus pendentes ejus per quandam consequentiam, cum sint inseparabiles ab ipsa re & possessione, n. 153.

Tanta fuere nostri in hoc articulo confusione loquuti, ut vix ex eis percipiatur, quae excessiva liquidatio dici possit, quod quidem in causa erit, ut nonnulla, tum nimis utilia, tum usu frequentia, & difficillima, nunc distincte discutiamus. Pro cuius principio obiter supponendum est, quod in iudiciis, & actionibus universilibus generalibus fertur sententia condemnatoria, & postmodum in ejus executione, ejusque progressu summarie discutitur, & liquidatur, quae sub illa generali condemnatione specialiter contineantur, comprehendantur, & exequenda veniant, gloss. celebris, & communiter recepta in leg. 1. ff. de edendo, quo in loco Bar. num. 8. Paul. Castr. num. 6. Fulgos. num. 6. & n. 4. idem B. in l. 1. ff. iudic. solvi. column. fin. Roman. consil. 76. col. 2. & post plures alios Covarr. lib. 2. variar. cap. 11. sub n. 1. pro qua sententia addocit text. quem dicit optimam in l. 1. C. de sententis quae sine cert. quant. & in l. minor. 25. per fidei commissum ff. de minoribus, quo etiam loco idem & recte intelligit in iudiciis generalibus, puta, in sententia qua quis condemnatur ad reddendam rationem administratae tutelae. Cui convenit, quod de tutore per obligationem guarentigiam obligato, ad reddendam

rationem, dicit post alios Parla. l. 2. rerum quotid. cap. fin. 1. part. 5. l. 2. n. 34. & loquendo in sententia lata in iudiciis universilibus, puta, petitione hereditatis, familiae eriscundae, actionis exempto, totius hereditatis, & similibus, prout in remedio l. fin. C. de edicto D. Ad. & in tenuta majoratus, & aliis, optimè & late post Innocent. in cap. conquereute 16. n. 5. de off. ordin. Gratian in discept. forens. tom. 1. cap. 333. a n. 9. 10. 11. & 12. & post B. in l. 2. n. 5. vers. sed quare, & n. 6. junctis quae scribit n. 2. C. de sententis qua sine cert. quant. loquendo in sententia super petitione heredit. tutela, & negotiis est, & similibus pro quibus dator actio generalis, idem affirmat Sigismund. Scac. tract. de appell. 9. 17. lim. 9. num. 24. fol. 428. & plures alii ex citandis, plures ad hoc citat Phanur. tract. de lucro dotis in rub. sub n. 28. vers. nam B. & sequaces, fol. 25. in parvis.

Item sententia licite incerta profertur super accessio- riis, puta fructibus, damnis, interesse, pertinentiis, & expensis, de quorum omnium vero valore & quantitate in progressu executionis liquido apparebit, & constabit. Ill. post alios in l. 1. ff. de edendo ubi n. commu- nem dicit Bart. Bal. & alii in d. l. 2. Cod. de sentent. qua sine certa quanti. s. cura, institut. de actio. Afflict. decis. 35. communem dicit Alex. consil. 90. in caus. in fin. clarè Bal. post alios, quos citat Decius consil. 517. in prin. Bal. consil. 323. proponitur. volu. 2. Rot. decis. 64. de libelli oblat. Afflict. decis. 20. in fin. Alex. in l. Paul. 1. n. 6. de re iudic. Guid. Papae decis. 40. Sempron. contra Tertium. Card. Tusch. pract. concl. tom. 7. littera S. concl. 108. a n. 22. cum seqq. multis etiam comprobat Roderic. Xuar. in l. post rem. de re iud. in declarat. Regni limit. 4. n. 5. 6. & 7. & post Roman. consil. 211. n. 5. Ruin. consil. 22. n. 2. l. 1. & alios observat Rota Roman. (loquendo in pertinentiis, & etiam generaliter de aliis accessoriis) decis. 100. n. 16. p. 1. diversor. Gratian. in discept. forens. tom. 1. c. 333. n. 12. & loquendo in sententia super interesse, late idem Gratian. c. 183. a n. 43. cum seqq.

Et promiscue loquendo tam in sententia, quam in obligatione Camerali, aut guarentigiam, quibus quis condemnatur, vel obligatur ad damna, interesse, fructus, & expensas, liquidandas in executionis sententia, vel obligationis guarentigiam discursu, Bar. in l. 1. ff. iud. solvi. & in l. proinde ff. d. l. Aquil. Bal. in l. 2. de exec. rei iud. & in l. cum testam. de manum. test. & consil. 393. vol. 2. Alexand. consil. 188. vol. 2. n. 2. Ill. in l. 2. C. d. edendo n. 32. Socin. consil. 89. l. 3. consil. 51. l. 1. Cuman. & Alexand. in l. 1. ff. de lega. 2. Rebuff. in consil. Gall. de liter. obligat. artic. 1. gloss. 9. Boerius decis. 58. n. 8. Capic. decis. 17. Craver. consil. 231. Covarr. (qui sedulo rem explicat) l. 2. variar. c. 11. & testatur communem Zasilus, & Orofius in l. 1. ff. de edendo, & Men. de adipis. poss. rem. 5. q. 9. n. 59. & jam usu prevalere, testatur Rupel. institut. forens. l. 1. c. 4. & eam amplectuntur contra alios Roderic. Xuar. & Covarr. locis citatis, Parlador. l. 2. rerum quotid. cap. fin. 1. part. 5. l. 2. lim. 4. n. 27. & seqq. Munos de Escobar in tract. de rariocinis c. 33. a n. 22. & sup. magnam catervam praecipue Regnicolarum, concessit Baldez in addit. ad Roder. in d. lim. 4. late (prolixè tamen) prosequitur Sigismund. Scacia tract. de appell. quest. 17. lim. 9. a n. 24. Paz in praxi 4. part. prin. tom. c. n. 15. Peralta in l. 1. ff. de legat. 2. n. 82. & facit quod de exequendo instrumento guarentigiam in interesse, aut facti promissi estimatione Didac. Perez in l. 4. t. 8. l. 3. ord. pag. 1078. Avilesius in prator. c. 10. verbo execut. n. 53. & post alios de magis communi affirmativè Parla. l. 1. rerum quotid. c. 6. § 2. n. 21. Cavallos in com. contra commu. tom. 1. q. 662.

Quo ita cognito, ut absolvamus nostram quaestio- nem, an ab excessiva fructuum, damnorum liquidatione sit appellatio deferendum; dicendum est, excessum circa

circa liquidationem dupliciter considerari: uno modo improprie, & abusive; altero modo proprie, verò, & realiter. Excessus improprie tunc dicitur, quando praecedente sententia condemnatoria committitur simul executori fructuum, expensarum, & pertinentiarum liquidatio, post hinc inde habitis informationibus executor taxat, & declarat, à qua taxatione pars appellat, quia dicit, fructus nimis taxatos; cum minori sint valoris, vel quando declarat, aliquam rem pertinere ad hereditatem, vel majoratum, ad cuius restitutionem quis fuerat condemnatus. Et in hoc casu iste non potest dici excessus proprie, sed nomine tenus, sed dumtaxat injustitia, & simplex gravamen intra limites jurisdictionis contentum, cum executori sit liquidationis, & cognitionis facultas per sententiam, & commissionem concessa, & intra limites jurisdictionis se continet declaratio, à quo gravamine non appellatur, quoad suspensivum effectum, sed in tempus peractae executionis reservatur. Haec est mirabilis & elegans Rotae decisio (aureis litteris in corde scribenda) 100. part. 1. diversor. num. 14. & a n. 29. usque ad 54. qua docemur praecipue num. 32. quod in hoc casu non potest considerari novum gravamen, cum praecedat condemnatio in actione universali, & sequitur postmodum liquidatio executorialis, continens solum declarationem qualitatis pertinentiarum non alterans condemnationem, & executionem, eam augendo, vel minuendo, sed dumtaxat inducens declarationem interpretativam sententiae universalis, & condemnationis praecedentis, & ad consequentiam petitorum, tradit Roma. consil. 45. n. 2. ubi bona additio, & Rotae Rom. decisio 272. n. part. 2. Lopus alleg. 92. in col. penult. in prin. vers. unde licet de jure n. Bal. in l. termin. 3. n. 6. vers. modo ego quare, & n. 8. in fin. C. de fructib. & litium. expens. Fran. in c. sape 44. quest. 112. num. 60. de appell. Rom. consil. 43. n. 2. & 3. mirabiliter etiam per Avend. in tract. de secunda supplicat. cum poena M. D. duplari- rum sub. n. 8. dicens post alios, quos citat, quod in liquidatione sententiae transacta in rem iudicatam super fructibus, & interesse facta, sit causa cognitio adhibenda; tamen supplicatio de las mill y quinientas non admittatur, quia sicut à prima executione, & à sententiis latis non licet appellari, nec supplicari; eodem modo non licebit ab earum liquidatione, & declaratione, quia tales liquidationes, & declarationes sunt eadem sententiae cum primis, quibus in effectu nihil additur, vel minuitur, executio est sequela primi iudicii, & instantia, super qua emanavit declaratio, & sicut à sententiis non licet appellari, nec supplicari nec licebit à sententia declaratoria super ea, nam sequela primae instantiae est ejusdem naturae, ut de novo non possit appellari, quia quod in sententia erat implicitè, per liquidationem declaratur explicitè; pro quo citat ipse Avend. Bal. in c. cum super de causa poss. & proprie. Lauren. Calcan. consil. 16. n. 34 in prin. Ludov. Gomez in regul. Cancen. de jure quæsto non tollendo, quest. 13. & idem Avend. 16. ibid. n. 8. post Bal. in l. si in ea. col. penult. C. quando fiscus vel privatus. inquit reddens rationem, quia executio est ejusdem naturae, cujus est prima causa, & ideo quemadmodum ab ea non licebit appellari, nec ab ista declaratione & liquidatione, cum sit idem.

Et idem, quod dicta Rotae decisio, tenet late & mirabiliter Gratian. in disceptat. forens. tom. 1. c. 333. per totum, & praecipue à n. 3. tenet etiam Sigismund. Scacia in tract. de appell. quest. 17. lim. 10. n. 55. dicens per dictam Rotae decisionem 100. quod quando liquidatio non mutat substantiam rei iudicatae consequenter non inducit novum gravamen; & amplius ex eadem Rotae decis. num. 14. quod tunc dicitur non mutare substantiam condemnationis, quando continet declarationem interpretativam sententiae, non augentem, vel minuentem, & variantem substantiam ejus, facit elegans Sulgado de Protect. Reg.

ratio textus in l. adeo §. cum quis ex aliena, ff. de acquir. rerum dom. ibi, qui excutit spicas, non novam speciem facit, sed eam, quae est, detegit, &c. leg. 1. Cod. de nego. gest. & facit quod dicit Joan de Ferrar. in tractat. de appellation. cap. 3. num. 57. dum post alios inquit, quod expensarum taxatio quadam est interpretatio declarativa sententiae à qua non appellatur regulariter, imò dicitur meri facti praexistentis declaratio, Lopus allegat. 80. num. 8. Calderic. 215 circa finem. Cardinal. Tusch. practico. com. lusion. ro 7. littera S. conclus. 121. num. 2.

Et praecedentis sententiae dicitur executio, & declaratio post Rotam decis. 64. Lopus alleg. 82. in causa matrimonii. Doctores in clem. sape, de verb. signif. Bal. in l. terminat. n. 8. C. de fructib. & litium expens. Ripa in l. quod jussu, ff. de re iud. Decius in cap. verum, n. 12. de appellat. Marquet. tract. de commission. 1. part. c. 14. de commiss. appellation. ab excessiva expensarum taxatione sub n. 24.

Et insuper probatur, quoniam exceptio rem pluris minime taxatam, & liquidatam esse in executione sententiae apposita ipsam non impedit aut suspendit, bene probat Parlador. lib. 2. rerum quotid. c. fin. 1. part. §. 11. n. 44. quia in dubio praesumitur protaxa. Joseph. Ludov. concl. 56. Caroe. tract. de locuo. rubr. de usuris quest. 1. n. 3. & seqq. Gasp. Rodr. de annis reddit. l. 2. quest. 1. sub num. 62. ad fin. ubi dicit etiam, hujusmodi exceptionem non impedire executionem regulariter, ar ubi ex taxae excessu contractus usurarius induci potest, tunc propter tale periculum admitti exceptionem, si intra decem dies probetur ab opponente, secundum quae Rodrig. d. n. 62. ad fin.

Et licet nunc fiat per executores taxatio, non ideo dicitur novum inferre gravamen cum non satis sit, aliquid de novo fieri, nisi de novo pars gravetur, quia illud quod nunc per executores geritur, non infert novum gravamen, sed pars est executionis, ut propterea non sit licita annullatio, late & in primo casu post Contard. Lancel. & alios dicit Scacia in tract. de appellat. quest. 17. limit. 1. n. 48. provenit enim ex condemnatione praecedente, quod enim contingit & ex causa de praeterito, ad tempus, & primam causam, de praeterito referendum, & attribuendum est, l. in ratione §. Imperator. ff. ad l. Falcidiam, l. Pomp. 2. de negot. gest. Lancelot. de arrent. 2. part. c. 4. a n. 4. Gaspar. Rodrig. de annu reddit. l. 2. q. 17. n. 75. & sic ad praecedentem condemnationem rectè reducitur.

His accedat mirabilis doctrina Joannis Andreae in c. quoad consultationem super gloss. fin. de sentent. & re iud. quam ibi referens, & exaggerans exclamat. Abb. Panorm. sub num. 24. vers. sed contra praecedens dictum, &c. Imol. sub num. 15. asserentes, quando mandatum est limitatum in incerto, & non liquido, puta quando sententiam mandat, quam mitti in possessionem bonorum valentium, centum, vel hereditarium, aut quae possidebat testator tempore mortis, vel in fructibus, damnis, seu interesse, & similibus, tunc propter probabilem dubitationem, cum quid sit liquidandum, non sit limitatum in sententia, hoc est, quantitas non sit specificata simplex gravamen iudicatur valor & pretium liquidatum per executores, siquidem non potest ita facile detegi, an excesserit, quia ex tali sententia quae limitem non habet, id probari, & verificari non valet, prout requiritur, juxta ea quae late diximus hac 4. part. cap. 3. per totum, & circa doctrinam Joannis Andreae vide supra c. 9. post principium, vers. pro cuius doctrinae, n. 17.

Et in hoc sensu rectè loquuntur Doctores, qui magis communiter affirmant, à liquidatione fructuum, damnorum, pertinentiarum, expensarum & interesse, virtute executorialium, aut instrumentorum guarentigiorum, non esse admittendam regulariter

appellationem quoad effectum suspensivum, ut ex Bal. in l. 2. C. de execut. rei jud. Lanfran. in c. quoniam contra. de probat. tit. de interlocutoria n. 97. Angel. in l. ab execut. C. quorum appell. non recip. Soc. in reg. 24. f. 2. & Roder. Xuares in l. post rem in declarat. l. Reg. lim. 4. Covarr. lib. 2. variar. cap. 1. i. vers. 1. Parlad. l. 2. rerum quotid. cap. fin. 1. part. 5. n. 32. faciunt citati à Bald. in addit. ad Xuares ubi proximè lim. 4. liter. A. & lit. C. & post alios Maran. in praxi. 6. part. tit. & post omnia advertantur circa executionem n. 23. f. mibi 477. in additis. Rota (loquendo individualiter in nostris terminis) decis. 100. à n. 28. part. 1. divers. quam sequitur Scacia tract. de appell. quest. 17. lim. 10. n. 55. & lim. 9. n. 43. & Gratian. disceptat. forens. tom. 1. c. 333. à princ. & post plurimos alios ipsemet Gratian. in cap. 183. n. 48. & 49. eodem to. 1. Marquess. in tract. de commiss. 1. part. c. 24. n. 24. & 29. post Gallef. & post nonnullos alios, quos citat, & idem tenet Escob. in tract. de ratiociniis c. 33. à n. 22. & precedentis, ubi etiam dicit sub n. 23. in fine, quod multoties vidit, appellatum ab executoribus executorialium à Granatenf. Cancellaria emanatarum propter liquidationem earumdem, & iterum per eandem Cancellariam fieri remissionem ad executorem, ut executionem perficiat etiam in liquidatis. Et hæc est praxis communiter recepta, præcipue in supremis tribunalibus, ut pars conquerens de executore, quia multum taxavit fructus, damna, interesse, ac pertinentias, eorum valorem, & æstimationem excedendo; non auditur appellans, sed huiusmodi gravaminis, & iniustitiæ cognitio reservatur in tempus peractæ executionis, interim minimè suspendendæ, ac deferendæ, & iustissimè quidem, cum liquidatio sit pars executionis, quæ in condemnatione continetur, juxta præfatos Doctores, apud quos latè videre poteris.

30 Fateor tamen tunc esse licitè ab huiusmodi liquidatione, & taxatione rei aut fructuum, &c. appellari, quando scilicet, à condemnato probatum est iustam, & legitimum pretium, rei quantitas, & valor, & per adversarium aliud in contrarium verificare conantem, nihil tamen probavit, vel ita intricatè, & illegitimè, ut nullo modo enervetur probatio clara valoris facta per condemnatum, quoniam si tunc executor nihilominus notabiliter auget valorem probatum, de quo constat manifestè, poterit ab hoc gravamine condemnatus appellare, quoad utrumque effectum, non tanquam ab excessu, quia nullus adest (ut diximus) sed ex capite iniustitiæ notoriæ patenti ex eisdè actis, quæ nullitati in totum æquiparatur, & sic impedit executionem, post Rebuff. & alios probat Ozasc. decis. Pedem. 142. n. 33. in fin. Guido Papæ decis. 50. quem sequitur Ursill. ad Afflic. decis. 181. n. 1. Gaspar. Rodr. de annuis reddi. lib. 1. quest. 16 sub n. 6. post prim. & nos pluries circa appellationem à notoria iniustitia alibi diximus latè, præcipue 3. part. c. 9. à n. 6. cum seqq.

31 Excessus autem in liquidatione verè & propriè ille dicitur, quando in liquidatione executor modum excedit, quod tunc fiet, quando per eum modus condemnationis & rei judicatae, sive etiam liquidationis variatur, alteratur, aut aliter mutatur, opponendo manum in eo, quod sub generalitate verborum sententiæ & rei judicatae minimè comprehenditur, nec verbaliter, nec virtualiter, nec tacitè, nec expressè; ut putà quando quis condemnatus ad expensas liquidandas, quæ cum de jure non veniunt personales, executor insuper eas simul liquidet, vel cum in expensis condemnatio facta sit, executor de damnis faciet etiam taxationem; vel quando sententia loquatur de restituendo redita pecuniæ, executor taxet ultra legis permissionem, de quorum singulis exemplis, & de aliis pluribus scitu dignissimis, inferius sigillatim est videndum. Ite 32 gitiur cum sit verè & visibiliter excessus ex inspectione sententiæ probabilis, & apparens, cui omnino con-

veniunt verba, & effectus definitionis, seu descriptionis à nobis scriptæ supra cap. 3. n. 37. ut excessus sit, novum quoddam gravamen, extra limites potestatis mandata per executorem illatum, de qua latissimè ibi videtur, rectè etiam dicitur, ut appellatio à tali excessiva liquidatione, suos habeat defectus.

Hanc nostram doctrinam sic explicatam, clarè demonstravit Rot. Rom. in decision. 100. ex novem p. 1. diversor. Doctorum à n. 1. 2. 14. & 28. cum seqq. qua docetur, quod si executor liquidet aliquam rem, quæ extra sententiam generalem est, & minimè in condemnatione comprehensa, quod istud erit novè gravamen, augens substantiam condemnationis, & rei judicatae, excedens limites declarationis interpretatiæ. & per consequens ab hoc novo gravamine, cum sit excessus, licita erit appellatio devolutiva, & suspensiva, loquendo in sententia, & condemnatione de pertinentiis, & per eandem decisionem 100. & post Ruin. conf. 78. n. 1. & 2. lib. 5. & alios, optimè Gratian. in disceptat. forens. tom. 1. cap. 33. à num. 4. & superius à n. 2. qui ita in terminis huiusmodi executionis, testatur tenuisse Rotam coram R. P. D. Orano in una Afsclana bonor. 14 Novemb. 1595. & 13 Maii 1596. ubi etiam post alias decisiones, & Doctores affirmat, hoc casu executionem esse nullam, & attentatam contemptra appellatione, & per dictam Rotæ decisionem 100. num. 1. & 2. Casarem Barzi decis. Bonon. 5. Dominus num. 7. dicit & explicat Sigismund. Scacia in tract. de appell. quest. 17. lim. 10. n. 54. & 55. & exemplificat n. 59. ad fin. vers. distinguo concordando, & ad propositum directè faciunt per argumentum à ratione cessante, & à contratio sensu, quæ post alios diximus supra hoc cap. circa prim. vers. quo ita cogit n. 7. & seqq.

Hoc igitur saltem tacite & virtualiter deprehenditur ex Doctoribus mox citandis, dum communiter tenent, quod licet non appellatur suspensivè à liquidatione fructuum, damnorum, expensarum interessè, & similibus in executione virtute rei judicatae, aut instrumenti quæreugiati; tamen quando executori in liquidatione excedit modum, tunc ab huiusmodi excessiva liquidatione appellationi emissæ deferendum esse quoad utrumque effectum devolutivum, & suspensivum, quibus quidem iustè jvantur juris principia. B in l. ab executore n. 13. vers. sed juxta prædicta ff. appellation. Salicet. in l. fin. n. 1. in fin. C. quando prov. non est necess. Felin. in cap. quoad consultatio. 15. n. 16. lim. 2. de sentent. & re jud. lll. in l. properandum § si autem sub n. 25. vers. sed numquid C. de judiciis ff. appellation. in quest. 4. de appell. Mar. in praxi 6. p. act. 3. prim. in verbo post omnia num. 22. fol. mibi 475. in addit. & alias fol. 252. Guido Papæ tract. de appell. 9. 95. n. 60. f. 60. Roman. consil. 45 num. 2. & ibi addit & Rot. decis. 271. num. 2. part. 1. Salusti Tiber. in praxi l. 1. c. 6. n. 27. & l. 1. c. 2. n. 24. & lib. 2. cap. 1. n. 30. Veltius in praxi Romana Curia l. 7. cap. 3. num. 12. Marquess. de commiss. 2. part. cap. 3. de commiss. appell. n. 46. & 47. & idem Marquell. 1. part. cap. 14. de com. appell. ab excess. & excessiva expens. taxatio. n. 24. & n. 28. Capell. Tholl. decis. 463. Nicol. Garcia de benef. 1. tom. 6. part. cap. 3. num. 133. Scacia de appell. quest. 17. lim. 10. n. 56. qui quidem cum ita simpliciter loquuntur omnimodo declarandi sunt, & reducendi ad terminos nostræ doctrinæ hæctenus descriptæ, secundum Rotæ decisionem ex novem 100. divers. supra citatam & Doctores in ejus comprobationem adductos, nempe quando in liquidatione variatur modus, & alteratur substantia condemnationis, eam augendo, prout ulterius illativè ex sequentibus exemplis clariùs apparebit.

Et hujus doctrinæ primum erit exemplum, quo executor in liquidatione sibi commissa excessisse dicitur, nempe, quando quis est condemnatus ad restitutionem præbendam cum fructibus liquidandis, nam

si executor voluerit, simul liquidare distributiones quotidianas, quas possessor condemnati percepit, omnino excedet, quoniam in generali condemnatione fructuum non comprehenduntur distributiones quotidianæ, illos namque fructus ex sua residentia suos fecit, condemnatus; ita in terminis probant Manuel Rodr. quest. regul. 74. art. 4. vers. unde condemnatus 3. Rom. in l. sed & si possessores n. 5 ff. de jurejur. Gamb. de off. & potest. legat. l. 6. num. 34. Boerius decis. 340. num. 4. Moneta in tract. de distrib. quotid. 1. part. quest. 6. Cænedus in canon. quest. 9. l. n. 6. Decian. consil. 43. n. 16. vol. 1. Petr. Gregor. de benef. c. 6. n. 12. Hieron. Campanill. divers. jur. can. rub. 7. sub n. 15. licet aliquatenus confusè, Caputaq. decis. 29. part. 2. latè plures Rotæ decisiones adducens Lancelot. Robert. de attent. 3. p. c. 3. l. à n. 25. Nicol. Garc. in tract. de benef. tom. 16. p. cap. 3. à n. 121.

38 Item quando facta fructuum beneficii condemnatione executor velit liquidare etiam emolumenta incerta, ut funeralia, oblationes, elemosynas, & similia, quæ tunc nullo modo veniunt, ut tenet post alios, Nicolaus Garc. dist. cap. 3. à d. n. 121. cum fructuum, reddituum, & proventuum, beneficii appellatione non continentur, latè Moneta in tract. de distrib. quotid. 2. part. quest. 14. n. 22. Zerol. in praxi Episcopal. 2. part. verb. distributiones ad fin. Cæned. in canon. question. 9. 1. n. 15.

39 Quemadmodum etiam appellatione fructuum beneficii Ecclesiastici distributiones quotidianæ minimè comprehenduntur, nec eniunt. Selva de ben. 3. p. q. 12. ex num. 33. Covarr. lib. 3. var. cap. 1. num. 1. Andr. Gamb. de off. & potestate legat. de latere lib. 6. ex n. 18. Ojeda de benef. incompat. 1. part. cap. 12. n. 8. Flamin. Paris. de resignat. lib. 6. quest. 2. num. 30. Moneta ubi proximè, plures referens, nonnullos etiam allegat Campanill. ubi supra rub. 7. cap. 6. sub n. 5. & 347. & quoniam nos de hac questione multa per ampliationes & limitationes concessimus supra hac 4. part. cap. 9. vers. alia se offert practicabilis inferenda dubitatio, & à n. 75. hic omitto, cum pro nostræ doctrinæ exemplo hæc sufficiant.

40 Et iterum ex præfata doctrina infero, ut tunc dicatur executor modum condemnationis variare, & excedere, quando facta condemnatione in fructibus perceptis, tentat etiam taxare fructus, qui percipi potuerunt, cum in sententia non expressum sit, nec virtualiter intelligitur juris interpretatione, ita post alios Cardin. Tusc. præd. conclus. tom. 7. littera S. concl. 226. n. 4. quod fallit in attentatis, in quorum revocatione debet fieri condemnatio fructuum, tam perceptorum, quam qui percipi potuerunt, in tantum quod si in sententia omnium sit, quod percipi potuerunt, tacitè intelliguntur, dummodò fuerint percepti ab aliquo tertio, qui causam habuerit ab ipso attentante condemnato, Aquil. de Grass. decis. 140. fructus perceptos sub de fruct. Mand. (qui generaliter affirmat) in tract. commiss. 14. formul. commiss. attentat. in verb. fructus. Lancel. Robert. tract. de attentat. 3. part. cap. 31. de penis attent. n. 22. & precedenti.

41 Insuper in liquidatione excedet executor, si lata sententia super fructibus à tempore litis contestationis, voluerit liquidare, & exequi in fructibus à tempore occupationis putà, & hic erit excessus de tempore ad tempus; secundum ea quæ latè inferius in sequent. cap. undecimo dicenda sunt, quoniam cum prædicta nec exprimentur in sententia, nec virtualiter subintelligantur aliàs à jure, nec comprehendantur etiam sub generalitate verborum, rectè dicitur executorem condemnationem augere, & alterare.

42 Sicuti per contrarium fructus veniunt, quando tacitè & virtualiter in sententia subintelliguntur, licet verbaliter non exprimentur, ut putà quando quis in

sententia condemnatus est ad restitutionem rei, quia sub restitutionis verbo in sententia proloquo, etiam fructus comprehenduntur, si tamen aliàs natura judicii, & actionis fructus restitutionem pateretur, auctor est Bal. in rub. Cod. de fruct. & lit. expens. num. 1. lll. in §. omnium, insit. de alio. Idem lll. in l. Gall. §. quid sit tantum 67. ff. de lib. & posthum. Idem Bal. conf. 504. arbit. & arbitrator. colum. 3. vers. modo queritur, l. 5. Bertachi. in repet. verb. condemnatus num. 50. ad med. Covar. l. 1. variar. cap. 3. n. 1. latè Sese, decis. 126. à n. 3. cum seqq. Tiraquel. in repet. l. si unquam od. de revoc. donation. verb. revertatur, sub. n. 224. de qua difficultatè latè ad partes disputavimus supra hoc l. 4. c. 9. vers. hinc & in illam labimur, &c. à n. 93. ubi resolvimus executorem ad rei restitutionem datum vigore executorialium, non excedere fructus etiam liquidare, & solvere.

Prout etiam nec excedet executor, qui condemnatus in fructibus à tempore occupationis, vel contestationis voluerit competere, & liquidare fructus non solum decursos usque ad sententiam, sed postmodum decurrendos usque ad realem, & actualem rei restitutionem, gloss. & lll. num. 3. in l. cum fundus, ff. si certum petar. Capitius decisione 19. in fin. Cardinalis Tulchus qui alios allegat, præd. conclus. tom. 7. littera S. conclusione 128. à princip. Menoch. in præluo de recuper. poss. num. 6. Petrus Sardus decisione 212. n. 12. Marta Neapol. in compil. totius jur. controu. ex omnibus decis. tom. 4. titulo de fruct. cap. 71 & est Rotæ decis. 14. de re judic. in novis, de quo nos diximus latius cap. seq. à num. 7.

Supra dictis etiam convenit quod tunc dicitur executor in liquidatione modum excessisse, quando sententia quæ sibi exequenda committitur, condemnat ad restitutionem tot vaccarum, ovium, equarum, &c. cum factibus, ac factuum factibus, quod vulgariter diximus, con partos y post partos, & ipse in infinitum voluerit liquidare eos partus, ubi de vera quantitate nullo modo apparet, sed sub dubio est, de qua re latissimè & eruditè valde post alios Doctores hanc difficultatem absolvit Escobar in tract. de ratio inis c. 8. peccatum, & in specie à num. 22. ubi multa hinc inde pro declaratione horum verborum rei judicatae (partos y postpartos) concessit, & nonnulla Joan. Garcia de expens. & meliora. c. 23. n. 47.

Quod etiam pertinet, quod quando sententia quis condemnatur ad aliquam pecuniæ quantitatem cum ejus iusto interfusorio, non debet judex executor, iustam legis excedere taxam pro interfusorio, quoniam omnis sententia excedens taxam legis in annuis redditibus, est nulla ipso jure ob clavem usuratum, latè nostras Gasp. Rodrig. de reddi. lib. 1. quest. 16. num. 10. & seqq. & quoniam sententia judicis, quæ exequenda committitur, debet reduci ad sensum, & dispositionem juris, & secundum illud interpretari, ac declarari, quia talis in dubio intelligitur quæ de jure ferri debuit, latè Borgn. Caval. decisione 37. n. 53. & decisione 24. num. 74. part. 2. quæ ita debet interpretari, ne iniustitiam & iustitiam contineat, Castrenf. consil. 3. lib. 1. Menoch. consil. 89. n. 49. & alibi passim per Doctores.

Et ulterius in liquidatione dicitur modus excedi, quando simpliciter est facta expensarum taxandarum condemnatio, & executor simul de personalibus liquidare intentaverit, quoniam cum in dubio expensarum condemnatio minimè de personalibus intelligitur, sed de processalibus tantum, alio specialiter in sententia non expresso, ut post alios Gondizal. de Paz in praxi 1. part. 1. tomo 11. temp. num. 24. Ceval. commun. opinion. §. tomo de cogniti. in violentia gloss. 16. num. 12. & alios allegans tenet Villadiego in polit. c. 1. num. 6. f. 26. meritiò limites sententiæ excedere dicitur